Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31270
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Stupebant autem qui audiebant eum super pru
dentia & responsis eius. Et videntes admirati
sunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili quid fecisti nobis
sic? Ecce pater tuus & ego dolentes querebamus
te. Et ait ad illos. Quid est quod me querebatis?
Nesciebatis quia in his que patris mei sunt oportet
me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum
quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis. &
venit nazaret. & erat subditus illis. Et mater
eius conseruabat omnia hec uerba in corde
suo. Et hec proficiebat sapientia & etate &
gratia apud deum & homines. Ambrosii epi

A duodecimo anno ut legimus dominice
sumpte disputationis exordium. Hic enim
predicande fidei euangelizantium numerus
debebatur. Nec ociose immemor suorum secundum
carnem parentum. quia secundum carnem utique sapien
tia dei implebatur. & gratia post triduum reperi
tur in templo. ut esset indicio quia post tri
duum triumphalis illius passionis in sede
celesti & honore diuino. fidei nostre se resur
recturus offerret quem mortuus credebatur:
Quid est quod me querebatis? Nesciebatis quia
in propria patris oportet me esse. Huc sunt in
xpo generationes. Una est patina. matina alta.
Patina illa diuinior. matina usque in nunc
laboris usumque descendit. Et ideo que sup
natura sup etatem sup consuetudinem fuerunt.
non humanis referenda sunt potestatibus: dilibrem
mater ad mysterium matris impellit. hic mater